Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36449
Copyright: Melk, Benediktinerstift

beati viri venturus sustinebat. Ut potuit
tetigit velamen feretri. et continuo ab oculis
eius sanguis profluxit. ac statim in receptum
lumen recepit. Ut autem ad locum sepulture
perventum est. quidam homines plenam fide detu
lerunt ibi debilem membris contractum. ita ut
natibus ipsius plante adhererent. Affuit
sancti viri meritum sanusque plene a sepultura
sancti redijt. Ne aliquid commenticium nec vere
actum videretur. ipsi ambo sive qui cecus e
rat sive qui gressum negatum recepit. in
monasterio viri dei usque ad mortem devoti
persisterunt. atque una voce divina in se fac
ta miracula vulgaverunt. Ad tenebras
noctis fugandas cera defecisse putabatur
Tristati fratres quo se verterent non habe
bant. Sed timorem illorum depulit deus. qui
videntibus manducantium quinque panes in
plenitudine crescere dedit. Nam cera in
manibus eorum ita crevit. ut parva quantitate
plurima luminaria accenderent. Loca
tum est ergo sanctissimum corpus digna vene
racione. et in sepultura quam olim ipse sibi pro
viderat venerabiliter celatum. Ubi secum
deo vivere crebris miraculis ad laudem domini
nostri ihesu christi manifestat. Que si patrum
apud ipsum filii et fratres mei habere de
sideratis. vitam eius imitari pleno amo
re concupiscite. Desiderat enim hic beatus
vir semper lucra domini sui et de vestra corona.
et ipse in christo gratulari. Nunquam enim a nobis
aberit. si nos de conversatione vite eius ani
mum et vitam non elongaveritis. Deus autem
qui illi meritum gratie et premium eternum contu
lit. vobis et desiderium omnis boni augeat.
et obedienciam sibi gratam. et perfectionem plena

Passio S. Vincencie et Margarete virginis

Hacta per Iustitiae donec per
secucionem
in christianos
exit editum. ut si quis inventus
fuisset christianus in mari dimergeretur. aut
diversis penis puniretur. Ipso tempore erant
due virgines christiane dominum confitentes. Vin
cencia et Margareta nomine. que sua sacra
corpora christo dedicaverunt. Erat enim vincen
cia annorum decem. et margareta annorum
octo. ex genere senatorum. Audiens hoc
maximianus imperator. vocavit prepositum pala
cii sui nomine eusebium. dixitque ad eum. Require
mihi puellas quas dicunt christum confiteri. ut
eas cogas diis nostris sacrificare. Quod si
noluerint. tormentis eas affligere. aut si
nostram iussionem contempseris. easque dimi
seris. a nostro palacio alienus eris. Tunc ve
niens eusebius in civitatem iconium provin
cie ysaurie. iussit sibi tribunal in foro pre
parari. Cumque consedisset dixit. Adducite
mihi puellas christianas vincenciam et margaretam
Que cum adducerentur. videns eas eusebius
delicatas et nobili familia exortas. diis
sacrificare cogebat. Iste vero puelle dixe
runt. Nos diis vestris non sacrificamus qui
sunt surdi et ceci. sacrificamus autem domino nostro
iesu christo. cui nos spopondimus deservire
omnibus diebus vite nostre. Tunc audiens
hoc iudex. iratus iussit eas virgis cedi. Et
intendens dorso earum. vidit quia non eas
nocuit. Iussit itaque eas privata custodia
recludi. cogitans quidnam faceret eis ob
preceptum imperatoris quod dixit. si eas non coe
geris sacrificare. alienus eris a palacio.
aut in mari dimergeris. Puelle autem non
cessabant orantes dominum die ac nocte. Ma
ne autem facto iussit puellas sibi presenta
ri. quibus dixit. Sacrificate ~~nobis~~ diis
nostris. et accipietis sponsos divites. et eri
tis magne in palacio imperatoris. Vincen B iiii Id' Aplis
cia et margareta dixerunt. Divicie vestre
vobiscum sint in perdicione. qui existimatis
nos per nummum dominum nostrum posse amittere.